Accedente nec aliorum Consulietudinum secus in Regno Poloniae observari solitis
atque sua personali Recognitione in premissis accedente.

Puchalskie Coniugum Mutua Advitalitas.

Coram officio et actis praesentibus Castren. Capitan. Brunscen. personaliter comparentes
Nobilis Martinus olim Matthiae Bolesta abavus et Nobilis Zophia
filia olim Nobilis Petri Puchalski consors eiusdem Martini Bolestaub.
coram sanis mente et corpore existen. palam publice ac libere
Recognouerunt et quilibet eorum suo pro interesse Recognouit Quia ipsi
inter se mutuam et Reciprocam Advitalitatem ac usum fructum omnium
et singulorum Bonorum suorum mobilium et immobilium hereditariorum
paternorum quaesitorum obligatoriorum nunc habitorum et in post fauen-
te divina clementia habendorum et acquirendorum seu quovis modo ac iuris
titulo concernen. reiquam in areis hortis agris pratis campis syluis boribus pec-
coribus pecudibus pecuniis paratis vestibus vestimentis substantiaque
tota et supellectili domestica Cum omnibus et singulis utilitatibus fru-
ctibus attinentiis et pertinentiis in hunc modum fecerunt Quia si
si tam eundem Martinum Bolesta maritum quam ipsam Zophiam Puchalska
Coniugem mori contigerit prius Extunc ipsa Consors bona eadem omnia mo-
billia et immobillia ubivis bonorum Consistentia Cum omnibus utilitatibus
fructibus proventibus attinentiis et pertinentiis ad extrema vitae suae tem-
pora tenebit habebit possidebit illisque utifruetur Post mortem vero eius
bona praedicta super successores mariti sine ulla contradictione consor-
tis suae successorum devolui debent et devoluentur Simili etiam modo si
prius de hac luce Nobilem Zophiam Coniugem quam ipsum Nobilem Martinum
Bolesta maritum decedere contigerit Extunc praefatus Nobilis Martinus Bole-
sta bona suprascripta omnia morte consortis suae derelicta Cum omnibus
utilitatibus fructibus attinentiis et pertinentiis nullis exceptis ad ultima
vitae suae tempora habebit possidebit tenebit illisque utifruetur Post mortem
vero eius bona nominata omnia mobillia et immobillia suis successoribus fra-
tris sui Cum pleno iure sine ulla Contradictione devolui debent et devoluentur perpetuis
tempora recogn.